Sisyphus
rex improbus

Peter Sipes

Pluteo Pleno ● Casper, Wyoming

Sisyphus:
rex improbus

Peter Sipes

Pluteo Pleno
803 South Durbin Street
Casper, Wyoming 82601

www.pluteopleno.com

Edition 1.0, April 2020

ISBN 978-1-937847-08-1

Table of Contents

I love the story of Sisyphus. It’s ridiculous. It’s so ridiculous that I have written a Latin novella for students about the story. You are reading that novella right now.

I could not have done this story half so well without the input of John Piazza and Robert Amstutz. Even with their help, I’m sure there are a few typos and rough spots that belong to me.

I hope you enjoy the story as much as I do.

capitulum prīmum

rēx improbus

Corinthus erat (et est) oppidum in Graeciā et rēx ibi erat Sīsyphus, quī erat improbus sed callidus. Sīsyphus erat aeger—valdē aeger. moritūrus[1] erat, sed vītam amābat. morī enim nōlēbat, quia vītam valdē amābat.

Sīsyphus uxōrem, Meropēn[2], habēbat, quae etiam erat improba sed callidā. Sīsyphus Meropēn amābat, et Meropē Sīsyphum amābat. Meropē Sīsyphum morī nōlēbat, quia Meropē est immortālis.

---

[1] moritūrus – about to die

[2] Note the -n and not -m.

Meropē nōn moritūra erat. sī Sīsyphus morerētur, Meropē esset trīstis.[3]

"ō Sīsyphe," inquit Meropē, "tē morī nōlō."[4]

"ego," inquit Sīsyphus, " morī nōlō, sed aeger sum. moritūrus sum. auxilium habēre volō. quis mihi auxilium dabit?"

"tibi," inquit Meropē, "auxilium dabō, quia tē amō."

---

[3] sī Sīsyphus morerētur, Meropē esset trīstis. – If Sisyphus were to die, Merope would be sad.
[4] tē morī nōlō. – I don't want you to die.

"bonum audītū!"[5] inquit Sīsyphus, "sed cōnsilium in animō nōn habeō."

"cōnsilium," inquit Meropē rēgīna, "in animō habeō." rēgīna Sīsyphō cōnsilium suum nārrābat, et valdē improbum erat cōnsilium!

[5] bonum audītū! – good to hear!

capitulum secundum

regīna improba

nunc Sīsyphus mortuus est. erat tam aeger ut mortuus esset, sed Meropē nōn lacrimāvit. laeta erat Meropē, quia cōnsilium malum in animō habuit. Meropē nōn erat trīstis quia mala erat. Meropē erat improba.

"ego," inquit Meropē, "Sīsyphum in terrā nōn sepeliō. volō ut Sīsyphus ad mē revēniat. Plūtō mortuōs sepelīrī in terrā vult. Plūtō eum sepelīre volet."

itaque Meropē Sīsyphum mortuum nōn

sepelīvit. immō Meropē eius corpus in viā posuit nūllō obolō[6] in ōre impositō. nihil est in ōre.

Meropē suum cōnsilium callidum ēgit. cūr cōnsilium ēgit? quia Sīsyphum amāvit et eum mortuum esse nōlēbat. obolum in ōre Sīsyphī nōn posuit. corpus eius in terrā nōn sepelīvit.

[6] obolum – the fare for the ferry into the underworld

capitulum tertium

rēx mortuus in Īnfera it

diēs vēnit quō Sīsyphus morerētur. Merōpe cōnsilium improbum ēgit. rē vērā, nihil ēgit Meropē nisi lacrimābat. nōn erat fūnebria[7]. Sisyphus nōn sepultus est. in viā erat corpus Sīsyphī.

nunc Sīsyphus erat in īnferīs, ubi mortuī habitābant, et Chārōntem vīdit. Chārōn mortuōs trāns Stygem fluvium[8] ferēbat, quia hominēs mortuī in infera cum Chārōntem intrābant. Chārōn obolum

---

[7] funebria – funeral rites

[8] Stygem fluvium – River Styx, the boundary of the underworld

petīvit ut dūceret Sīsyphum trāns Stygem. Sīsyphus obolum nōn habuit.
"cūr," inquit Chārōn, "obolum nōn habēs?"

"Meropē," inquit Sīsyphus, "mihi obolum nōn dedit, neque mē sepelīvit."

"quam malum," inquit Chārōn, "Meropē ēgit. tē ad rēgem mortuōrum, Plūtōnem, dūcam. nam Meropē est improba, obolum nōn petō."

Chārōn Meropis cōnsilium nescīvit,

itaque Sīsyphus Chārōntem fraudāvit[9]. Meropē erat improba. Sīsyphus erat improbus. Chārōn Sīsyphum mortuum ad Plūtōnem dūxit.

[9] fraudavit – he tricked

capitulum quartum

rēx lacrimat

Sīsyphus nōn iam in corpore habitābat, immō in īnferīs habitābat. trīstis erat Sīsyphus, quia Meropē eius corpus in terrā nōn sepelīvit neque eī obolum dedit. rē vērā, mortuī nōn erant laetī nisi[10] corpora sepulta erant. dum corpus in viā erat, Sīsyphus erat trīstis. Sīsyphus semper lacrimābat. Sīsyphus autem lacrimāvit lacrimīs falsīs, quia Meropē cōnsilium ēgit. Meropē eum nōn sepelīvit. Plūtōnī autem aliter vīsus est[11]: Sīsyphus magnō cum dolōre lacrimābat.

---

[10] nisi – unless
[11] visus est – it seemed

Plūtō erat bonus rēx etiamsī[12] rēx erat mortuōrum. Plūtō Sīsyphum cum magnō dolōre lacrimantem vīdit et nōn placuit. nunc Plūtō nōn est laetus et ad Sīsyphum accidit.

"ō," inquit Plūtō, "Sīsyphe! quam trīstis es! licetne mihi auxilium tibi dare?"

at Sīsyphus: "mī rēx, Meropē corpus meum nōn sepelīvit. utinam[13] mihi liceat redīre ut eam iubeam[14] mē sepelīre."

[12] etiamsī – even if
[13] utinam – if only
[14] iubeam – I order

at Plūtō: “ō Sisyphe, quam improba uxor est tibi! īre dēbēs ut uxōrī dīcās tē sepelīrī dēbēre. deinde redīre hūc dēbēs.”

at Sīsyphus: “grātiās, mī rēx. ad uxōrem ībō ut uxōrī dīcam. uxor corpus meum sepelīre dēbet.”

hōc dictō, Sīsyphus ā Plūtōne abīvit et Corinthum īvit. laetus erat. cōnsilium erat bonum Sīsyphō. cōnsilium erat malum Plūtōnī.

capitulum quīntum

rēx revēnit

Sīsyphus mortuus Corinthum īvit laetus! nunc mortuus revēnit quia Meropē eum nōn sepelīvit. quam laetī erant Sīsyphus et Meropē. Plūtōnem fraudāvērunt!

Meropē erat laeta. Sīsyphus erat laetus. neque Meropē neque Sīsyphus lacrimāvērunt, quia revēnit Sīsyphus. eratne mortuus Sīsyphus? immō vīvit.

estne fīnis huius fābulae? nōn est fīnis huius fābulae, quia mortuī dēbent esse in

īnferīs et cum Plūtōne habitāre dēbent. Sīsyphus autem erat Corinthī cum uxōre. Sīsyphus uxōrem amāvit, quia nōn iam est mortuus. Sīsyphus morīrī nōlēbat, et Meropē eī auxilium cōnsiliō improbō dedit.

capitulum sextum

deus īrātus

Iuppiter erat īrātus. Sīsyphus ex īnferīs īvit sed nōn revēnit. Iuppiter vīdit Sīsyphum mortuum cum Merope Corinthī habitāre. quam improbī erant Sīsyphus et Meropē!

Meropē erat laeta. Sīsyphus erat laetus. Iuppiter nōn erat laetus. immō Mercurium in īnfera mīsit ut Plūtō rem scīret.

“improbus,” inquit Mercurius Plūtōnī, “Corinthī habitat Sīsyphus.”

“quid,” inquit Plūtō, “dīcis?”

“Sīsyphus,” inquit Mercurius, “Corinthī cum Meropē habitat neque in īnfera revēniet. Sīsyphus nōn est mortuus. Iuppiter est īrātus. aut Sīsyphus revēnit aut Iuppiter tē ex īnferīs mittet.”

capitulum septimum

Plūtō īrātus

nunc Plūtō erat īrātus. cūr erat Plūtō īrātus? erat īrātus, quia Sīsyphus, quī erat improbus, eum fraudāvit. Sīsyphus nōn est mortuus, sed nunc vīvēbat!

“nēmō,” inquit Pluto, “mē fraudat. Sīsyphus est improbus.”

Plūtō ex īnferīs mittī nōlebat, itaque Thanatum[15], quī mortuōs capiēbat, Corinthum mīsit ut Thanatos Sīsyphum caperet. manicās cēpit ut Sīsyphum

---

[15] Thanatos – the grim reaper of mythology, not the purple guy from the movie

tenēret. manicae Thanatī erant fortēs et manūs hominis bene tenēre potuērunt. Thanatos cōnsilium bonum habuit.

Thanatos Sīsyphī domum īvit. quid est domus? Sīsyphī domus est ubi Sīsyphus habitat. Thanatos Sīsyphī domum īvit et Sīsyphum vocāvit.

capitulum octāvum

Thanatos fraudātus

"salvē," inquit Thanatos, "Sīsyphe!"

"salvē," inquit Sīsyphus, "Thanate! tē nōn petō."

"mēcum," inquit Thanatos īrātus, "venī! Plūtōnem, quī nēmō fraudāre dēbet, fraudāvistī, itaque manicās habeō. pōne mānicās in tē ut mēcum veniās."

at Sīsyphus: "quae sunt manicae?"

Thanatos: "manicae manūs tuās tenent nē

ā mē abeās.[16] manicās habeō ut tē capiam et ut in īnfera veniās et ut ibi maneās."

Sīsyphus: "eheu! dē manicīs nihil sciō. mōnstrā mihi mānicās in tē. eās vidēre volō ut eās in mē bene pōnam."

Thanatos manicās in sē posuit. nunc manicae Thanatum tenuērunt. Sīsyphus Plūtōnem fraudāvit, quia Thanatum manicīs cēpit. eheu! Thanatos Sīsyphum nōn cēpit. immō Sīsyphus Thanatum cēpit.

---

[16] abeās – you go away

Thanatos erat Corinthī cum Sīsyphō neque mortuōs capiēbat. Sīsyphus Thanatum in hortum suum dūxit. nunc Thanatos in hortō Sīsyphī est.

capitulum nonum

Iuppiter Mercurium mīsit

mortuī in īnfera nōn iam intrābant, quia Thanatōs erat in Sīsyphī hortō neque mortuōs in īnfera dūcēbat. Plūtō, rēx mortuōrum, erat īrātus, quia mortuī intrāre in īnfera nōn potuērunt.

Iuppiter aliquid malum vīdit. nunc Iuppiter erat īrātus, quia mortuī nōn erant mortuī, sed vīvēbant. nēmō moriēbātur. erat malum, sed Iuppiter causam nescīvit.

Iuppiter: “Mercuriī! pete Plūtōnem. aliquid est malum in īnferīs, quia nēmō in

īnfera intrat. nēmō moritur."

Mercurius: "quid est mihi agendum?"

Iuppiter: "pete Plūtōnem."

Mercurius Plūtōnem petīvit itaque in īnfera īvit. Mercurius Plūtōnem modo ibi vīdit. Proserpina, uxor Plūtōnis et rēgīna īnferōrum, Mercuriō dīxit Plūtōnem Thanatum in mundum mīsisse ut Sīsyphum peteret.

Mercurius Corinthum īvit et fēminae dīxit: "ubi est Thanatos?"

at fēmina: “nesciō, sed sciō Thanatum nōn esse in īnferīs. laeta sum, quia aegra eram. nunc nōn sum mortua.”

Mercurius corpus Sīsyphī in viā vīdit, et fēminae dīxit: “cuius corpus est in viā?”

at fēmina: “rēgis Sīsyphī corpus est, sed tantum est corpus. eius uxor id ibi posuit.”

at Mercurius: “uxor? quis est Sīsyphī uxor?”

fēmina: “Meropē, quae est rēgīna Corinthī, est Sīsyphī uxor.”

Mercurius: “ubi est Meropē?”

fēmina: “ibi est domus eōrum.”

fēmina domum Meropis et Sīsyphī digitō mōnstrat:

Mercurius illūc īvit, sed nescīvit Thanatum nunc esse ibi in hortō Sīsyphī.

capitulum decimum

Mercurius et Sīsyphus

nunc Mercurius ad casam Sīsyphī advēnit, tunc Meropēn vocāvit.

Mercurius: “Meropē! venī hūc!”

Meropē: “veniō. quis es?”

Mercurius: “Mercurius sum.”

Meropē: “et cūr es hīc?”

Mercurius: “Iuppiter mē mīsit ut Thanatum inveniam.”

Meropē: "Thanatos nōn est mēcum."

et Thanatos nōn erat cum Meropē. Thanatos erat in hortō. nunc vēnit Sīsyphus, quī Meropēn audīvit. sed Mercurium nōn vīdit.

Sīsyphus: "Meropē, quid est?"

nunc Mercurius Sīsyphum vīdit! eheu! Sīsyphus nōn est laetus.

Mercurius: "Sīsyphe! ego corpus tuum modo vīdī—in viā. mortuus esse dēbēs!

in īnferīs esse dēbēs! cūr es hīc?”

Sīsyphus nihil dīxit. Mercurius erat īrātus.

Mercurius: “tē capiam. sī Thanatum capere nōn possum, tē capere dēbeō.”

Sīsyphus: “nē mē cape! sciō ubi sit Thanatos.”

Mercurius: “ōh? ubi est Thanatos?”

Sīsyphus: “in hortō meō.”

Mercurius: “dā mihi Thanatum et venī

mēcum!”

Sīsyphus: “cūr?”

Mercurius: “Iuppiter mē mīsit ut Thanatum invenīrem. eum invēnī. eum habēbō aut tē et Meropēn interficiam.”

Sīsyphus: “nē Meropēn interfice! eam amō. venī mēcum ut Thanatum habeās.”

Mercurius et Sīsyphus in hortum eunt. in hortō est Thanatos.

capitulum undecimum

Thanatos līberātus

in hortō Mercurius manicās ā Thanatō cēpit. Thanatos est līberātus. Thanatos erat laetus.

Mercurīus: “cūr laetus es? Sīsyphus tē in manicīs habuit. Iuppiter nōn est laetus. tū et Sīsyphus in īnfera īre dēbētis. tē et Sīsyphō in īnferīs, Iuppiter erit laetus. Meropēn nōn interficiam.”

itaque Thanatos et Sīsyphus in īnfera īvērunt.

capitulum duodecimum

Sīsyphī poena

Plūtō est in īnferīs et Sīsyphus. mortuī moriuntur, quia Thanatos eōs in īnfera dūxit. Iuppiter erat laetus. Plūtō nōn erat laetus. Sīsyphus eum fraudāvit, itaque Plūtō Sīsyphō poenam dare voluit. poenam magnam dare voluit.

“saxum,” inquit Sīsyphō Plūtō, “pellis et pellis et pellis.”

“saxum,” inquit Plūtōnī Sīsyphus, “pellere nōlō.”

“poena,” inquit Plūtō, “est necesse tibi, quia mē fraudāvistī et Thanatum cēpistī.”

nunc Sīsyphus saxum habēbat. Sīsyphus saxum in collem pellēbat ut saxum esset in collis cacūmine[17]. sed saxum cecidit. et Sisyphus id pellēbat ut esset in collis cacūmine. et saxum cecidit. deinde Sisyphus saxum pellēbat. euge! saxum est in cacūmine. sed saxum iterum cecidit. eheu! iterum Sisyphus saxum pellēbat. iterum saxum erat in cacūmine. et iterum saxum cecidit. et nunc Sisyphus saxum pellēbat ut esset in collis cacūmine. sed

[17] in collis cacumine – on the hill’s top

saxum cecidit. iterum et iterum et iterum.

Sisyphus non erat laetus, quia poena erat!

glōssārium

ā, ab
　　from, by
abeō, abīre, abīvī, abitum
　　to go away
accidō, accidere, accidī
　　to happen
ad
　　to, toward
adveniō, advenī, advēnī, adventum
　　to come to
aeger, aegra, aegrum
　　sick
agō, agere, ēgī, actum
　　to do
aliquis, aliquid
　　someone, something
aliter
　　otherwise
amō, amāre, amāvī, amātum
　　to love
animus, animī
　　spirit
at
　　but, shows a new speaker talking
audiō, audīre, audīvī, audītum
　　to hear
aut
　　or, either...or...

autem
: but

auxilium, auxiliī
: help

bene
: well

bonus, bona, bonum
: good

cacūmen, cacūminis
: top, peak

cadō, cadere, cecidī
: to fall

callidus, callida, callidum
: clever, smart

capiō, capere, cēpī, captum
: to grab, to take

casa, casae
: house

causa, causae
: cause

Chārōn, Chārōntis
: Charon, the ferryman to the underworld

collis, collis
: hill

cōnsilium, cōnsiliī
: plan

Corinthus, Corinthī
: Corinth, a city in Greece

corpus, corporis
: body

cum

with

cūr

why

dō, dare, dedī, datum

give

dē

down from, about

dēbeō, dēbēre, dēbuī, dēbitum

ought

deinde

then

deus, deī

god

dīcō, dīcere, dixī, dictum

to say

diēs, diēī

day

digitus, digitī

finger

dolor, dolōris

pain

domus, domī (or domūs)

home

dūcō, dūcere, dūxī, ductum

to lead

dum

while

ēgī

past tense of agō

ego, meī, mihi, mē
I, me
eheu
oh no
enim
because
eō, īre, īvī, itum
to go
et
and
etiam
too
etiamsī
even if
euge
yay
ex
out of
fābula, fābulae
story
falsus, falsa, falsum
false
fēmina, fēminae
woman
ferō, ferre, tulī, lātum
to carry
fīnis, fīnis
end
fluvium, fluviī
river

fortis, forte

strong, brave

fraudō, fraudāre, fraudāvī, fraudātum

to trick

fūnebris, fūnebre

having to do with funerals, funerary

Graecia, Graeciae

Greece

gratiae, gratiārum

thanks

habeō, habēre, habuī, habitum

to have

habitō, habitāre, habitāvī

to live, to inhabit

hic, haec, hoc

this

hīc

here

homi, hominis

person

hortus, hortī

garden

hūc

to here

iam

already

ibi

there

illūc

to there

immō
    actually, on the contrary
immortālis, immortāle
    immortal
impositus, imposita, impositum
    placed
improbus, improba, improbum
    bad, naughty
in
    in, into
īnfera, īnferōrum
    the underworld
inquit
    he or she says
interficiō, interficere, interfēcī, interfectum
    to kill
intrō, intrāre, intrāvī, intrātum
    to enter
inveniō, invenīre, invēnī, inventum
    to find, to come upon
īrātus, īrāta, īrātum
    angry
is, ea, id
    he, she, it
itaque
    and so
iterum
    again
iubeō, iubēre, iussī, iustum
    to order

Iuppiter, Iovis
    Jupiter
lacrimō, lacrimāre, lacrimāvī
    to cry
laetus, laeta, laetum
    happy
līberātus, līberāta, līberātum
    freed
licet, licēre, licuit
    to be allowed
magnus, magna, magnum
    bit
malus, mala, malum
    bad
maneō, manēre, mānsī, mānsum
    to stay
manicae, manicārum
    handcuffs
manus, manūs
    hand
Mercurius, Mercuriī
    Mercury
Meropē, Meropēs
    Merope, immortal wife of Sisyphus
meus, mea, meum
    my
mittō, mittere, mīsī, missum
    to send
modo
    just

mōnstrō, mōnstrāre, mōnstrāvī, mōnstrātum
to point out
morior, morī, mortuus sum
to die
mortuus, mortua, mortuum
dead
mundus, mundī
the world
nam
because
nārrō, nārrāre, nārrāvī, nārrātum
to tell
nē
so not, don’t
-ne?
added to end of word, asks yes/no question
necesse
necessary
nēmō, nēminis
no one
neque
and not
nesciō, nescīre, nescīvī, nescītum
to not know
nihil
nothing
nisi
unless
nōlō, nōlle, nōluī
to not want

nōn
    not
nūllus, nūlla, nūllum
    none, no
nunc
    now
ō
    oh, hey
obolus, obolī
    obol, the fare the dead pay to Charon
oh
    oh
oppidum, oppidī
    town
ōs, ōris
    mouth
pellō, pellere, pepulī, pulsum
    to push
petō, petere, petīvī, petītum
    to look for, to seek
placeō, placēre, placuī
    to please
Plūtō, Plūtōnis
    Pluto, king of the Underworld
poena, poenae
    punishment
pōnō, pōnere, posuī, positum
    to put
possum, posse, potuī
    to be able, can

Proserpina, Proserpinae
Proserpina, queen of the Underworld
quam
so, how
quī, quae, quod
who, what
quia
because
quis, quid
who?, what?
redeō, redīre, redīvī, reditum
to go back
rēgīna, rēgīnae
queen
rēs, rēī
thing, matter
reveniō, revenīre, revēnī, reventum
to come back
rēx, rēgis
king
salvē
hello
saxum, saxī
rock
sciō, scīre, scīvī, scītum
to know
sē
himself, herself, itself
sed
but

semper
    always
sepeliō, sepelīre, sepelīvī, sepultum
    to bury
sepultus, sepulta, sepultum
    buried
sī
    if
Sīsyphus, Sīsyphī
    Sisyphus, king of Corinth
Styx, Stygis
    the River Styx, border to the Underworld
sum, esse, fuī, futūrus
    to be
suus, sua, suum
    his or her own
tam
    so
tantum
    only
teneō, tenēre, tenuī, tentum
    to hold
terra, terrae
    land, ground
Thanatos, Thanatī
    Death, the Grim Reaper
trāns
    across
trīstis, trīste
    sad

tū, tuī, tibi, tē
you (one person)
tunc
then
tuus, tua, tuum
your
ubi
where
ut
as, like, so that
utinam
if only
uxor, uxōris
wife
valdē
very
veniō, venīre, vēnī, ventum
to come
vērus, vēra, vērum
true
via, viae
road
videō, vidēre, vīdī, visum
to see
vīta, vītae
life
vīvō, vīvere, vīxī, vīctum
to live
vocō, vocāre, vocāvī, vocātum
to call
volō, velle, voluī to want